



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. LXI. Victoriâ seriò, iustè, moderatè vtendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

in Germanicam nationem redundare posset; idcirco nemini extero deinceps, qui nec imperij, nec regionis fidei & tutelae imperij commissae indigena est, fas esto, Germanas copias, siue equestres siue pedestres eque fuerint, Ducis, Magistri equitum, aut Capitanei more colligere, scribere, & ducere. Quod si contrarium vnus pluresue peregrini Duces & Commissarii in imperio tentarent, omnis illorum conatus tum per generales circulatorum Praefides, tum per Nos ipsos, ubi necessitas postularit, amoliendus erit, & prohibendus. Interim & in illos, si qui contra nostras, & imperij constitutiones nomina sua exteris Ducibus & Commissariis darent, Magistratus eorum, cui subditi sunt, vel interea actione postulatus vel officio ductus animaduertito & poenam statuito, nunquam in posterum in Germanorum militum numero perferendos.

II.

Germanicae copiae, caeteriq; omnes, qui ab exteris Dynastis conscripti annuo stipendio merebuntur, in literis auctorisationis suae nominatim excipiunt, nolle se vnquam contra sacrum Germanorum imperium, & eam sibi patriam, eiusq; quamcunq; nationem arma sumere, siue ad offendendum, siue ad defendendum sumenda fuerint, quin imò ante restant, eiusdem in primis salutis studio & incolumitatis amore militiae se tradere, nullo ei modo repugnatos, quocunq; tandem ab exteris Principibus proponi prescribiq; possit.

III.

Miles Germanus, & qui hunc regunt Ductores & Magistri, dum sub exteris Dynastis militant, ordinem & disciplinam militarem enarratis iam & à Nobis imperioq; constitutis legibus, praeterea iuri Equestri, articulisq; iam positis conformem instituunt & tenent.

IV.

Quod si quispiam ex Ducibus, Magistris equitum, Capitaneis aut aliis, qui in officiis erunt siue inter equites siue pedites, atq; vniuersum loquendo si quisquam militum, dum exteris Principibus militant, contra nostras, & imperij has leges, contraq; iura equitum, & supra positos articulos, recedendo ab ordine & disciplina militari committeret, aliaue ratione famam suam & existimationem labefaceret, tum vero in primis si ordinem Ductores cum subiectis sibi militibus, quae hostium circumuentionibus, quae fraudulentis machinationibus, tum quoad comestum, tum quoad vestitum, vel etiam approbatis indebita arma imponendo, vel quibus id fieri potest modis, stipendio suo, & debita contra hostes tutela fraudando perfidiose & iniquè agerent, eos omnes, et si impuniti inde loci recesserint, Magistratus tamen ordinarius, cui parent, cum primum id rescuerit, vel officio, vel interea alicuius actione ductus iudicio arcessito, & poenis efficit: Et si quo in loco Magistratus deesset, factumq; interim manifestum castigacionem exposceret, Nostrum erit, ut qui summam rerum potestatem gerimus, ex officio, aut quia ad nos querela defertur, causam cognoscere, iuxtaq; Nostras & imperij constitutiones, iura equitum, & articulos, aequam in reum poenam statuere & pronuntiare.

V.

Et quia res omnino ad omnis generis iacturas & detrimenta precauenda bonum ordinem exigere videtur, uti nimirum vexilla instruantur & constent quae exercitativissimis & peritissimis militibus, tum etiam idoneo armorum apparatu, sed in primis insignibus sclopetariis, quorum industria & virtus nostris hisce temporibus, quando praecipue externae Nationes ad hoc militiae genus erudiuntur & exercentur, permagni omnino momenti est; idcirco statutum est, ut sub singulis vexillis quadringenti, & inter hos centum apprimè armati cum oblongis hastis, quorum singuli breuiore sclopo instructi sint, constituantur, inter quos

centum armati dimidiata parte, ij nimirum, quorum stipendium supra 8. florenos excreuit, plena armatura integrè loricae manibus graues incedit, & insuper 50. de veteranis & probè exercitatis militibus, qui & ipsi suam armaturam tum ad stipandum vexillum, tum ad alium, quae casus offeret, usum circumferant, singuli praeter romphaeas & alia breuiora arma ut bipennes, etiam minorem sclopum scilicet ignipotentem de zona suspensum ferunt. Quinquaginta reliqui simplicem militum, qui hastas gerant, manum cōficiunt. Quae omnia deinceps serio Ducibus & Capitaneis in cōscriptionibus & auctorationibus comendabuntur.

VI.

Ducenti, qui restant, sclopetarii sint galeis oppugnatoriis, frameis, & similiter venaticis sclopis, ignario scilicet benè instructi. Porro singulis mensibus exercentur, & applicum ad malas sclopum exonerare edocentur. Omnis autem artificiosa explosionis indocilis, aut ignarus in poenam à sclopo ad hastam ferendam deponatur, & in eius locum, qui ex gregariis militibus idoneus videbitur, substituitur, quo ad arte rectè explosendi discendum, & in mutui sui conspectum progrediendum, illis & alacritas, & animus addatur.

VII.

Et quoniam externae nationes sclopetariis duplicato sclopo formidandis uti assuescunt, singula vexilla ex hoc genere decem constituunt.

VIII.

Ex praedictis sclopetariis memorati centum 5. quinquaginta 6. quadraginta 7. vel 8. & reliqui decem, qui duplicato sclopo onerantur, 10. florenis in menses sustentantur.

IX.

Sub quolibet vexillo minimum octo, decemque Nobiles, aut alij probatae virtutis, & experientiae singularis milites habeantur, qui ampliore stipendio cōducti equis suis, quos ipsorummet erit alere, Ducis sui aut Capitanei voluntati & necessitati pareant, sed in primis rectionibus sclopetariorum seruiant.

Atq; leges illae sunt militiae Germanicae, quae si accurate, seuerèq; custodirentur, haud sane arma Sultani timerentur; nec prisca Romanorum militia nobis admiranda videretur. Et praeclearè tamen multa obseruantur. Sed crebro inopia stipendij, dissimulatio ducum, auaritia centurionum, militum licentia, ciuilibus praesertim bellis bonas leges non opprimit modo, sed ne vocem quidem earum exaudiri patitur.

CAPVT LXI.

Victoria serio, iuste, moderate vtendum.

S. I. QVOD Maharbal Hannibali dixit, Non omnia nimirum eidem dii dedere, Vincere scilicet Hannibal, victoria vti nescis, id multis euenit. Tā in momento pendebat uti victoria, quam vincere. Mora eius diei satis creditur saluti fuisse vbi atq; imperio. Sic Romani crediderunt teste Luito: Nec vane, si enim vbi perculsa superuenisset, facile occupare eam potuisset. Victoria multo sanguine comparata facillime corumpitur. Itaq; hoc agendum est, ut debellant, non ut triumphet. Marius victis Teutonibus tota nocte reliquias per patcos suorum terrauit, postridie vicit. Securitati suorum cōsultuit Hermocrates Syracusanus, iniectione metu noui hostis. Front. l. 2. c. 9. Hermocrates Syracusanus, superatis acie Atheniensibus, veritus ne captiui, quorum ingentem manum in potestatem redegerat, parum diligenter custodirentur, quia euentus dimicationis in epulas, & securitatem compellere victores poterant, sinxit proxima nocte equitatum hostile videri: quae exspectatione asecutus est, ut solito attentius vigiliae agerentur. Primam victoriam diligenter vsurpauit L. Martius eques Romanus, Front. l. 2. c. 10. Titus Martius eques Romanus, qui reliquias exercitus duorum Scipionum praesuit, cum in propinquo vna castra Panonij paucis militibus passum

Vtendum
victoria.

Vid
iust

Sup
per
vict

sum distarent, cohortatus milites, proxima castra intempesta nocte adortus est: & cum hostem victoria fiducia incompotitum aggressus, ne nuncios quidem cladis reliquisset, breuissimo tempore milici ad requiem dato, eadem nocte raptim famam rei gesta progressus, altera eorundem castra inuasit. Ita bis simili usus euentus, deletis vbiq; Pœnis, amissis populo Romano Hispanias restituit.

§.2. Serio igitur victoria vtendum, vrgendique successus, & trepidus instandum: Cum enim in magnis etiam praelijs, vt res nunc agitur, pauci cœdantur, ceteri facile se recolligant, plus plerumq; temporis quam damni est in recenti victoriâ; præsertim si & hosti sint sua funera, & habeat fortuna regressum. Victoria egregie vsi sunt Pisistratus & Conon, Duces Atheniensis. Pisistratus, inquit Front. l. 4. c. 7. Atheniensis, cum exceperisset Megarensem classem, qua illi ad Eleusin noctu applicuerant, vt operatas Ceresis sacro seminas Atheniensium rapere, magnaq; educta cede eorum vltus esset suorum, eadem que ceperat nauigia Atheniensium milite completit, quibusdam matronis habitu captiuarum in conspectu locatis, qua facie decepti Megarenses, tanquam suis, & cum successu renauigantibus esset obui inermesq; rursus oppressi sunt. Conon dux Atheniensium victa classe Persarum apud Insulam Cyprum, milites quos captiuus armis induit, & isdem barbarorum nauibus ad hostem nauigant in Pamphiliam, apud flumen Eurymedonta. Persæ qui & nauigia & habitum superstantium agnoscerent nihil cauerunt: subito itaq; oppressi, eodem die & naualis & pedestri praelio victi sunt.

§.3. Quod ad victum pertinet, ita ille tractandus est, vt aut nolit, aut non possit rebellare; imo vt nec velit, nec possit. Vt nolit benignitate, vt non possit, cautione efficiendum. Romani utroq; modo Imperium stabilierunt. Benignitate initio vsi sunt, Tarrum cum Sabinis victos in urbem receperunt. Albanos et cum opibus urbi intulerunt, atq; ita sibi & victis confulerunt: cum id efficere, vt ex hostibus amicos, ac ciues fidissimos haberent; neque enim postea discedit Sabinorum, Albanorum, aliorumq; fuit, omnes Romani fuere. Captiuum non repugnantem occidere non licet, quia dum capitur, fides datur victæ, alioquin sese defendisset. Seuire in captiuos non licet, vt Pœni fecerunt. Bona tamen captiuorum Victoræ cedunt. Lex est, πάντα τῶν νικούντων ἀγαθὰ τῶν νικηθέντων γίνεσθαι. Omnia victorum bona cedere victoribus. Quod si victis imperare obfides, tributa, deletæ operas voluissent, nam illi haud vrbes nobiles in officio continuissent; vel inter se, vel cum vicinis rebellassent, postea adulta potentia id fecerunt, & in victoria crudeliores fuere.

§.4. Quod si in urbem & iura ciuium admittere non placeat, quod Romani potentiores fecere, socios & subditos faciant, postquam enim socios ciuesq; tot habuerunt, vt aliam nullam Remp. timeret, victos tributarios fecerunt & subditos. Hoc in genere curandū, vt subditi bene habeantur, sic n. cōsequitur victores, vt nō timeant opprimī; hæc vero securitas fideles efficit. Itaq; in ipsa victoria sit clemētia, q̄a iure gentiū deditis parciat. Vt post victoriā hostilitas desinat.

§.5. Victoria quæ iusto bello contra iniuriam obtentā, debet etiam iusta esse. Vt innocentibus grauis nō sit, vt auxilijs grata, finitimis nō onerosa. Tormentis extorquere thesauros, inermes impubesq; cedere, libidinibus omnia scdare iniustum est. Hæc maior cura Imperatoris quam hostium arma vitabit, per hæc enim victoria fructum perdet.

§.6. Moderata sit, ne superbe, crudeliter, intemperanter grassetur. Superbia quidē plurimos in ipsa victoria euerit. Romanos stratagemæ, hoc est, nobilissimā victoriā sine sanguine ad ferculas caudinas Pōtius Samnitū Imperator vicerat; nam indagine cinxerat, cum parens eius vt vel oēs dimitteret illos, at cunctos interficeret, sapienter suasisset, contumelia iu-

ritatos sibi infestiores effecit, sub iugum enim misit. Pari enim modo Scytharum Rex Ægyptiorum insolentia victoriæ orbem offendit, cum Pharios currus regum ceruicibus ageret, cum in regionibus, quas facile occupasset, ad exprobrationem ignauitæ, pudenda muliebria sculpta erigeret. Itaque breui regnum Ægypti concidit. Modestus erit, si sciat, se sola occasione victorē fuisse, facili occasionis mutatione vincendum. Vere Polybius κατὰ δὲ ἐπὶ πᾶσαν μὲν τὴν ἀνθρώπων ἐκείνην, καὶ τὰν πόλιν αὐτῶν. In omnibus rebus humanis, sed maxime in bellicis pollet occasio. Sæpe plus quam virtus.

§.7. Crudelitas etiam absit. In hostem supplicem ira indecora, clementia diuina est. Seruandi sunt, qui crudeles & immanes non fuerunt. Truculentum consilium Machiaveli l. 3. c. 31. Is enim, quamuis alios modos etiam probat, euersionem tamen liberarum ciuitatum præfert. l. de princip. c. 5. Parte dominationis, si ex veteri consuetudine libera fuerit, & sui iura viuenditatio, in eo vt iustum retineas, triplex affertur modus. Primus vt illum penitus eueras: Alter vt eo ipse demigres ad habendum. Postremus, vt suis legibus & libertate (annuā duntaxat pensionem exigens) sinas illum viā degere. Paucorum item ibi, qui illum dominatum tibi in amicitia conseruatum curent constituas: qui dominatus cum a principe sit ibi locatus, nouit sine eius amicitia & potentia se non posse consistere, obnixeq; omnia propterea sibi agenda existimabit, quo illum illi tueatur. Spartiata atq; Romani exemplo nobis esse possunt, Athenas Spartiata obtinuerunt & Thebas, ibiq; paucorum dominatu constituto, amiserunt tamen. Romani Capnam, Carthaginem, Numantiam censuerunt delendas, non amiserunt. Graciam fere ad Spartiatarū modum reuincere voluerunt, nec abrogatis eius legibus, eorum votis respondit: sic vt ad eam retinendam coacti sint multas in ea provincia vrbes euertere. Quocirca nullum consilium tutius afferri potest, quo secure possideantur, quam euersio. In cuius enim potestatem venit ciuitas, suis legibus qua sit assueta vitā ducere, nec is euerendam putat, illam se eueruram expectet. Sæpe enim desciscendi tempore habet, quo confugiat, ad suos nempe illos priores ordines, qui nec temporis disturnitate, nec beneficiorum collatione vnquam obliuioni traditi possunt, & vt quibus fiat, quicquid prospiciatur (non distractis ac dissipatis habitatoribus) nunquam illud libertatis nomen institutaque ex eorum animis excidunt, & ad omnem rerum euentum statim eo sit reditio: veluti a Pisanis post tot annos a seruitute illa, ad quam Florentini eos adegerant, factum vidimus. Nimis durum est & barbarum occidere, ne aliquando rebellent, cum tot sint rationes rebellionis arcendæ: vt migratio, abductio nobilium, coloniarum inductio, arcium adiunctio, armorum adeemptio. Nec dubium Romanos pessime sibi consuluisse, cum Carthaginem, Numantiam, Corinthum delerent. Præterquam enim quod cum desperantibus magna clade certauerunt, et commoda sua minuerunt: pecunia virisq; quib. vrbes illas deleuerunt, integra regna comparate potuerunt. Nec alia causa quam insatiabile odiū, aut nominis inanie decus famosarum urbium interitu ducibus quaesitū. Nec sicut contra rebelliones securi fuerunt. Moderatio sit, quia vno abictu stetit, vno momēto si prauertisset, tuo iugulo hæssisset hostilis gladius, qui tuū ferrum recepit. Pulchre nos poeta gentilis erudit:

Πείρα μὲν γὰρ βριδεῖν, σὺν δὲ βριδόντα γὰρ ἔπειτα,
Πείρα δὲ ὄρεϊ ζυλόν μινθεῖ, καὶ ἄδινον ἀΐζει.
Πείρα δὲ τ' ἰδύμεν ἀκολὸν καὶ ἀγνώστου καὶ ἄρρεϊ.
Σὺν δὲ ὑπὸ βρεχέμεντος ὁδὸν πρὸς ἡμέραν ἀμυδρὰν ἴδμεν.
Facile extollit, facile elatum deprimat.
Facile clarum minuit, & ignobilem auget.
Facile corrigit incuriū & superbum in nihilū redigūt.
Iupiter altitonans supremas habitans domos.

Romani clemētius aliquando pro ingenio ducis victoriam exerceuerunt. Mitis in victoriā Marcellus. Silius l. 14. sed raro tales imperatores.

Aaaa 4 Dittmarf

Conuersio-
ne ipsissima
vinci potuit
victor.

Cautā be-
nignitate
habendus
victus.

In captiuos
non est sa-
uendum.

Victoria
iusta sit.

Superbia est
perniciosa
victoria.

Victi ad-
modum
varia in
causa.

Ditmarshi ab Holfatis pressi, cum in templum fu-
gissent, & religione se tutos fore sperarent, Holfati
admotis ignibus viuos exurere tēbant; at illi eru-
ptione facta impiam victoris crudelitatem vindica-
runt, & duodecim Duces & Comites ac duo millia
cecidērunt.

§. 8. Nihilominus tamen in hostes immanes &
humanitatis ignaros vltio permittitur seuerior. Da-
uid ferrauit populum Ammonitarum, & circumegit
super eos ferrata carpenta, non absque diuino iussu,
quia eiusmodi pēnas meruerāt. Alioqui valde agen-
dum leniter cum eis, qui subditi principi suo seruīūt,
nec belli causas examinant, nec possunt, imo etiam
qui rebellasse videntur. Sthenius Mamertinos ad
defectionem sollicitauerat, eos delere Pompeius co-
gitabat, Tum Sthenius. *Non equum facis Magne, quod
propter me vnum noxium tot innoxios occidere paras:* quam
animi magnitudinem incolumitate sua & ciuitatis
donauit. Quanto truculentius Seuerus, qui omnes,
qui ab Albini partibus steterant, nequicquam neces-
sitate temporis excusantes sine discrimine truci-
dauit?

Quin aliquando seueritas imperatur. Saul a regno
deiectus est, quod peperciisset Agago mortem meri-
to, Achab quia dimisit virum dignum morte, pro il-
lo datus est, & populus eius pro populo Syro.

§. 9. Romanorum in victoria aliquando pacatior
animus, sed plerumque nimia crudelitas, & fastus
fuit. Victos venundari ordinarium fuit, seruati ad
triumphum, hoc est, certam mortem, solenne. Multi
etiam ad ludum gladiatorum, aut bestias damna-
bantur, vt mirum non sit, acris illis restitisse gentes.
Romani alioqui donec receptui signum datum ef-
fet, omnes trucidabant, etiam canes & animalia, vt
terrèrent; Verum hæc causa est fortius resistendi.

§. 10. Victor ne omnia frange, nam est & in clade
præsidium, memineris iam tu te perdere.

§. 11. Victori etiam pacem suadeo. Si Hannonem
Poeni audissent post Cannensem victoriam, pacem a
Romanis impetrassent æquam & honestam. Multo
melio rem eā, quam Hannibal a Scipione ante præ-
lium poposcit. Multis contigit, vt pacem quam ne-
garent in aliena calamitate inexorabiles, frustra de-
inde mutata sorte rogare cogerentur. Periculum
semper est, ne potentiori se iungant victi, & nouum
bellum concitent.

Miseri sunt victi, sed violentior est vltima virtus,
quia pro salute illi, victores pro decore pugnant.

Pax æqua danda est; nam duram, cōtumeliosam-
que nemo seruabit diutius, quam necesse est. Quis
enim Atheniensibus suadeat, vt pacem Minoi ser-
uent, cum iuberentur dare

Septena quot annis

Corporatorum.

Gratissima pax est, & duratissima, cum præter opi-
nionem datur commoda, & inexpectata victis. Hæc
enim facit, vt victi in partes victoris trahantur.

Victores cohibe ne spargantur. Fusa acies seque-
ntes sæpe fudit. Prouide ne vincare, deinde vt vincas.
Vbi viceris moderare animo, & pacis causa pugnasse
te ostende. Pugnant qui fugere non possunt, pa-
cemque negatam extorquebunt, aut suam victori
imponent.

CAPVT LXII.

Victo quid agendum.

In clade ma-
gnus ani-
mus victo-
riam spera-
re potest.

§. 1. Pax accipere expedit victori, victo necesse
est. Imo vinci interdum prodest, vt fracta fe-
rocia discant pacem pati.

§. 2. Quamuis magna clade percussus sit, ani-
mum tamen imo & arma teneat: sub clypeo pax me-
lius conficitur. Romani tribus ingentibus præliis vi-
cti, clade Hispaniensi iuncta, hoc solo imperium te-
nuere, quod animis non cecidēre. Conspirabant post
Cannensem pugnam ciues, defecerunt socij, Hanni-
bal tabernas argentarias venumdedit. Stetit tamen
Romana seu virtus seu metus Punica crudelitatis
& perfidia. Cladem fortiter accipiendo, gradum ad
victoriam fecerunt. Imitati sunt eam virtutem ali-
quando barbari. Vercingetorix Auarico expugnato
nec animo defecit, nec in occultum se abdidit, sed in
oculis ciuium verfatūs auctoritatem laudemque in
aduersis tenuit. Cæsar l. 7.

§. 3. Animos igitur spiritusque pristinos præfer-
rar; speret meliora, nam tristissima transierunt. Parum
vnius horæ fortuna profecit, si animus erectus est.
Bello victor esse potest, qui prælio sæpe victus est.

Veneri grauissimo prælio victi a Francisco Me-
diolanensem Duce, nam tristissima transierunt. Parum
triduum exercitum repararunt, & hostem petere pa-
cem cōgerunt; Franciscus Foscarius enim eorum
Dux pecunia proiecta in medium monuit, vt suo ex-
emplo omnes conferrent, effecit, vt quid magnitudo
animi posset, omnes intelligerent. Egnat. l. 3. c. 2.

§. 4. Victus omni vi, arte, vigilantia annitere, vt
victoriæ fructum corrumpas, concute peccus, & om-
ne genus honesti stratagematis inueni, dabit occa-
sionem victoris securitas. Nec vetera duntaxat secta-
re. Noua semper inuenienda. Thar. l. 1. *ἡ νίκη παρὰ τὴν
μὲν ἐν τοῖς χρόνοις, αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ πόδα τρυφῆς
πρὸς τὸ ἐκταύριον.* Minime bellum ex decretis geri potest,
ipsum ex se multa artificiose molitur ad ea que eueniunt.

§. 5. Si moderata victor imperat, accipiatur con-
ditiones, si grauias, potenti se principi committant,
tanquam dedititij. Campani a vicinis pressi, Roma-
nis se dedunt, eorum hostes deleti sunt. Florentini
cum a Castrucio Senensi opprimerentur, Robertum
Regem Neapolitanum acceperunt in vibem. Ca-
strucij, deinde & Senensium vires attrite sunt.

§. 6. Arma etiam exere; Sienim post magnam cla-
dem velitationibus, & paruis damnis victorem secu-
rum afficias, auctoritatem recuperas, & famam vi-
ctoriæ laceras. Ignauiam tollat necessitas, cuius iri-
tate sunt grauissimi morsus. Quacunque potes arte
Martē repara in spem pacis. Pompeius victus in Hi-
spania, Italia pulsus, clades illas non aestimauit, In
Pharsalia victus Ægyptum petiit, Bellum repara-
tum est in Africa, Hispania, Philippis, Sicilia; Timuit
Antonius, nec bellum reparauit, cum facile Ægy-
ptum, multarumque gentium auxilia contrahere
potuisset, sed perire solus maluit.

§. 7. Clades quantum fieri potest, occultanda,
ita tamen, vt remedia non differantur. Vires interim
opportune occupandæ & firmandæ, ancipites in
officio continendæ. Nunquam vires deerunt, si deli-
beres.

§. 8. Hæc omnia eo tendunt, vt æquam & mini-
mè suspectam pacem in eas, illa inter eos qui pares
videntur, optime conuenire solet.

§. 9. Pacem itaque & Victor concedat, & victus
accipiat. Pax enim finis est belli. Tantum est n. ait Aug.
l. 19. de Ciuit. c. 11. & 12. *pax bonum, vt etiam in rebus ter-
renis atque mortalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desi-
derabilius concupisci, nihil postremo possit melius inueniri. De
quo si aliquanto diutius loqui voluerimus, non erimus, quan-
tum arbitror, onerosi legentibus, & propter finem ciuitatis
huius, de qua nobis sermo est, & propter ipsam dulcedinem
pacis, qua omnibus chara est. Quod enim mecum quisquis res
humanas, naturamque communem vtiq; intuetur, agnoscit,
sicut nemo est, qui gaudere nolit, ita nemo est, qui pacem ha-
bere nolit. Quandoquidem & ipsi qui bella volunt, nihil aliud
quam*

Egregia cō-
stantia in
aduersis.

Vires cum
desunt vi-
gilantia &
ars com-
pensa.

Pace clau-
dendū bel-
lum.